Quoniam decedente et succedente rerum et temporum mutabilitate antiquitas
oblivionem, oblivio confusionem, confusio litem solet parere. Ego Hu
go Premonstrati abbas et eiusdem ecclesie capitulum universitati fidelium
notum facimus quod Helinandus de Ponte tenebat a nobis quosdam red
ditus quos eidem et heredibus suis in perpetuum habendos concessi
mus sub annuali censu quinque solidorum bone monete in medio
mensis marcii solvendorum. Sane si ipse Helinandus vel successores
eius de predicte ecclesie redditibus aliquid amplius acquisierint quam
eo tempore quo scriptum hoc factum est tenuisse dinoscitur,
secundum augmentationem reddituum census annualis capiet aug
mentum. Quod ut perpetue stabilitatis robur optineat, id ipsum
sigilli nostri appositione et cyrographi divisione curavimus confir
mare. Actum est hoc incarnationis dominice anno M.C.LXXX.V.